tibi accidit: si ab amicis desertus es: si amici

## Liber

tiā ipsam seu fidelitatē eis impēsam pdidisti: cū sit bonū vt pote ad tuū pncipiū exemplare et finale te reducēs: et ad desertonē mudi t celestiū amorē te inducēs. Quō inq̄s tale bonū te poterit cōtristari: p̄sertim cū exemplū christi te in talibus ad oppositū tristicie debeat me rito inclinare: Un̄ Ambrosius. Voluit xp̄us deserī: voluit prodi: ab aplo suo tradī: vt tu si desert⁹ fueris a socio: pditus ab ipso: modera te feras tuū errasse iudiciū: perisse bñficiū.

### Be mala societate ievitabili. III.

d Emala qz societate non debes volere: qz hoc ad virtutē exercitiū tibi poterit cōferre. Unde iuxta Gregl: sententiā: malī vtiliter tolerantur. Tolerandi inqt ybiqz sūt pxi mi: quia abel fieri nō valet quē cayn malicia nō exerceat. Ecce dicit Abiel de quo dicit sc̄ptura: Respxit dñs ad Abiel et ad munera eius. Per hoc autē apte datur intelligi qz bonorū operū munera ante conspectū dei tanto sunt magis grata et accepta: quanto eorū cū quibus habitant maiori fuerit malicie repugnātia. Deniqz homo bon⁹ p malorū societatem tāqz sibi cōtrarioz: incōparabilit̄ meli⁹ qz bonis tantū associatus: virtutū sua p vires experitur. Propriarū autē viriū experimentū habere pfecto est vnū de bonis maximis estimā-

## Octauus

### lii.

dū. Audi et Hieronymū sup maloz societate te p̄solantē. Qui inquit bonus pmanet nō poluitur si malo societur: sed qui malus est i bonū p̄uertitur si boni exempla sectetur. Scito etiā ad magnū honorē cōferre: i mala societe bene vivere. Un̄ Bernar. Non mediocris titulus virtutis est inter praus bene vivere: t inter malignātes innocētie retinere candorē t morū vnitatē. hec Bernar. Et certe bñ dicit. Mā et liliū inter spinas signāter cōmēdat: et incōparabilis virgo ei cōparatur.

### Be carētia hūani fauoris. La. V.

c Eterū nō moleste feras si tedious es: t tua ad extra cōuersatio min⁹ est gratiosa: sed cogites de deo creatore tuo qz ipse fecit nos et nō ipsi nos. Cogites etiā hoc qz nō est dare aliquid pure malū: non turberis itaqz qz natura seu potius auctor nature deus te fecit talē: sc̄z ingratiōsum ad extra ac rudem et rusticā. Sperandū pfecto est: qz supnoz suorū intuitu oculoz te gratiōse respexerit ad intra: ad interius sc̄ilicet tuū cōseruando lumen qd̄ in te est: ne illud ventosa aura fauoris hominū ab extra spirāte forsitan extinguat. Si sit tua conuersatio ingratiōsa in terris: sit tua cōuersatio magis grata in celis. Que t si humana nō fuerit vel hoib⁹ grata: meliori sor-

## Liber

te celestis esse poterit et diuina. Si ergo libe-  
ter foris rusticanus: interius autem diuinus: La-  
reas libet et tanquam tedium gratia humani so-  
latij: ut deus solatij et totius consolationis tecum  
sit interius: et tu secum superius: ut sic cuiuslibet  
miseri a quibus ut minus gratiosus despiceret:  
dici valeat illud poeticum: Si quod virtute nites:  
ne despice quenquam. Ex alia quadam forsitan il-  
le niteret. Denique gratiosus ad extra sic sepe dis-  
trahitur quod ab intus gratius totaliter evacuat.  
Mempe persona quilibet te diligens: uno quelibet  
eius dilectio tibi grata depredaretur tibi ani-  
mā tuā: id est: ad se raperet aliquid tui cordis: ac  
te periculosius captiueret: ita nimirus quod cor  
tuū magis laceraret: et donis spiritualibus pua-  
retur: ac minus deo coniunctū esset: quo per pse-  
quēs minus bene illi esset: minusque eius caris-  
matū dona perciperet. Profecto oculi amicabilium  
respectuum: faciunt hominē auolare distati:  
scilicet a deo suo et etiam a seipso: ac hominē non in se  
sue apud se in suo proprio conmodo remanere: et  
trahunt ad exteriora in quibus non est vera hois  
mansio: sed potius transitus peregrinus: et mili-  
to melius esset homini manere in se et apud se  
in sua propria mansione quam meteter foris euagare.

Berelictione ab amico. La. VI:

Ursus non sit tibi graue ab amico vel

## Octauus lllii.

alio homine derelinqui: ratione alicius pre-  
sidij per ipsum habendi: quod refugere poteris cum  
certa spe ad presidium fortioris. Unus Ambrosius.  
De divina miseratione tunc sperandum amplius est:  
cum presidia humana defecerint. hec Ambrosius.  
Et bene quidem derelictus ab hominibus non est de-  
sertus a deo: quod ipsum in gratissima habitatio cō-  
seruat: scilicet in seipso. Unus Augustinus. De medica-  
mentis non sano: regula est prauo: lux est te-  
nebrato: habitatio est deserto. hec Augustinus. Et  
ecce quod multipliciter deus est presidio: scilicet non sa-  
no per medicamentum: prauo per regularē vitā:  
tenebrato per lucē internā: deserto per inhabita-  
tionē gratissimā que scilicet est ipse. Mirum in ip-  
so vivimus: mouemur et sumus: ut dicit scriptura.  
Sed reuera multominusque diuites ha-  
bent pauperes de sua relictione querulari: dum  
modo non a quo vel a quibus derelicti: sed ma-  
gis cui sunt relicti attenderint. Profecto relicti  
sunt ei qui teste scriptura dicit homini in se cō-  
fidenti et solis punitibus necessariis contento:  
Non te deserā nec derelinquā. Relicti sunt ei qui  
sedet super thronum et iudicat equitatē: qui so-  
lus labore et dolorē considerat: adiutor in tribu-  
lationibus. De quo dicit: Tibi derelictus est  
pauper: pupillo tu eris adiutor. Sed profecto  
deo relictus: est minime derelictus: est numerū

## Liber

potius feliciter benedict<sup>9</sup>. Siquidē si maledi-  
ctus est qui cōfidit in homine: sequit̄ quasi a  
cōtrario sensu: q̄ is benedictus est qui cōfidit  
in dñō cui derelictus est.

### Be caretia terrene cōsolationis.

#### Capl'm. VII.

n Ec tristis de carētia terrene cōsolatio-  
nis: quia q̄ terrenā paratā habet cōsola-  
tionē: difficulter abstinet quin ea etiā vtatur:  
ex quo sequi solet q̄ celesti mox priuatur. Un  
· Bernar. Delicata est diuina cōsolatio: q̄ non  
datur admittentib<sup>9</sup> alienā. Huius rei figurā  
habemus in libro Josue: q̄ postq̄ filij israel  
comederūt de fructibus terre defecit manna.  
Manna quidē de celo datū habens in se omne  
delectamentū et omīs saporis suavitatē: ap-  
tissime significat celestē seu diuinā cōsolatio-  
nē ultra modū delectabilē. Fructus aut̄ ter-  
re: terrenā qua quis fruitur significat delecta-  
tionē. Qz ergo manna deficit dū fructus ter-  
re comedit: apte significat diuinā cōsolatio-  
nē deficere vel nō dare ei qui terrena p̄solatio-  
ne pascitur seu satiat̄. Si igitur humanas seu  
terrenas cōsolationes sponte declinaueris et  
respueris: ad solum deum qui appellatus est  
deus totius consolationis: p̄ consolatione re-  
currendo: scito et nō dubites quin nō solū cō-  
solationē sed etiā exultationē a deo p̄sequer̄.

## Octauis

### lv.

Ipse em̄ cōsolator est optimus q̄ cōsolat̄ nos  
in omni tribulatiōe nr̄a nisi obicem ponam<sup>9</sup>.  
Ad quē psalmista sermonē dirigēs: Secūdū  
multitudinē inquit dolorū in corde meo con-  
solationes tue letificauerūt aiam meā. Huius  
autē cōsolationi obicē ponim<sup>9</sup>: quādo huma-  
nā et terrenā consolationē desiderio querim<sup>9</sup>  
et in effectu recipimus. Nō ergo ponas obi-  
cem p̄ terrenā cōsolationē: et mox habebis cō-  
solationē hīc magnā et in futuro plenissimāz.  
Si itaq̄ tu cares hoīm cōsolatione: fac te ne-  
cessitate virtutē: ita vt nec velis recipe: vt pote  
generoso tuo sp̄iritui: tantū p̄dignā humanā  
cōsolationē: sed potius si occurrerēt p̄solatio-  
nes: dicas eis cum sancto Job: Cōsolatores  
onerosi oēs vos estis. Cōsolat̄ em̄ de<sup>9</sup> p̄cipue  
eū q̄ humanā recipe renuit cōsolationē: testā-  
te psalmista qui ait: Renuit cōsolari aia mea:  
scz cōsolatione terrena sed non diuina: qz me-  
mor fui dei et delectat̄ sum et exercitatus sum  
et defecit sp̄ūs meus: scz p̄prius: quasi iā trās-  
formatus q̄tū hīc possibile est p̄ oīs sue affe-  
ctiōis trāffusionē in voluntatē dei.

### Be solitudine et caretia societa- tis. Capl'm. VIII.

n Ec de solitudine et carētia societatis tri-  
steris: et maxime vulgariū et turbarum:

## Liber

que nata est impedire sanctitatē. **Uñ Orige.**  
Quādiū q̄s pmixtus est turbis et in multitudine fluctuārisi voluptatū:nec vacat soli deo: nec segregatus est a vulgo:nō potest esse sanctus. **Huius rei quodāmodo reddit Seneca rationē.** Quid inq̄t tibi precipue vitādū existimes:queris turbā. Nūq̄ illi tutus cōmiseris:inimica multorū cōuersatio:nemo nō aliqd vitiū nob̄ ingerit: aut cōmodat: aut imp̄mit:quo maior est p̄plus cui cōmiscemur: hic periculi plus est. **hec Seneca.** Et iterū Avarior̄ redeo: ambitiosor̄: luxuriosor̄:imo ho crudelior̄ et inhumanior̄:qr̄ inter homies fui. Et ideo vt idem Seneca dicit: Qui depone re vult desideria rerū oīm quarū cupiditate flagrauit:et oculos et aures ab his que reliqt: auertat. **hec Seneca.** Societas etiā hominū potest impedire vel interrumpe cōtinuū mētis p̄gressum in deum. In quo quidē p̄gres su p̄ societate hominū meret solitudo comitū vtiq̄ digniore: salubriorē atq̄ tutiore: sanctarū videlicet cogitationuz. **Uñ Ambro.** de virginē loquēs gl̄iosa maria inquit. Ad ipsos ingressus angeli inuēta est domi in penetrali bus sine comite:ne q̄s intentionē abrumpet: ne q̄s obstreperet: neq̄ em̄ comites feminas desiderabat: q̄ bonas cogitationes comites ha

## Octauus lvi.

bebat: q̄netiā tūc sibi minus sola videbat cū sola esset:nā quēadmodū sola cui tot libri ad essent:tot archāgeli:tot p̄phete: hec Ambro. Quid ergo cōqueritur solitudinē copiam habens ip̄oz libroz: **Unde et Hieronym⁹.** Sapiens nunq̄ solus esse potest sc̄ simpliciter. Habet em̄ secū omnes q̄ sūt vel fuerū boni: et aīm liberū: et quecūq̄ vult pfert et trāffert: et qđ corpore nō potest cogitatione cōlectif: et si hominū inopia fuerit: loquit̄ cū deo: nunq̄ minus solus erit. **hec Hieronym⁹.** Qui simile celestē societatē cōsequēdi cōsiderationē habens: et in vasta solitudine horrore esse sup ponens: dicit sic. Infinita heremī vastitas te terret: sed tu paradisum mēte deambula: quotiensq̄ cogitatione ac mēte illuc cōscenderis: tortiens in heremo nō eris. **hec Hieron⁹.**

### Be odio et inimicitia. La. IX.

¶ Em̄ noli turbari et cōqueri te esse exossum et inimicitias patientē: & magis inde gaudreas: **Adel⁹ em̄ p̄ hoc implebis illud cōsiliū dñi:** Diligite inimicos v̄ros: bñfacite his q̄ oderūt vos. Quippe nisi esset q̄ te haberet odio inimicū nō haberet: quē habere admodū est salubre. Is nāq̄ est tibi exercitatio: is est tibi excellētiorū meritorū occasio. Memorare verba dñi dicentis: Si diligitis eos

## Liber

q̄ vos diligūt: quā mercedē habebitīs: nonne et ethnici hoc faciūt: Sane si a pluribus culpa tua exigēte haber̄ odio: facilior culpe erit remissio et leuior punitio. Si vero nō exigēte culpa: ipsi⁹ dei maior ad te erit sanctorumq; affectio: et maior tibi debet merces ē celo. Ex his lucide patet q̄ plus pfert hominī inimico, rū odiū: q̄z dilectio amicoꝝ. Radix quidē est omnis boni: et p̄ consequens multiplicis boni qđ quis ex p̄secutionib⁹ consequi potest. De niq; q̄ exosus es: vel h̄ est ppter carentiā virutum: vel ppter zelum iusticie et fidei. Si ppter carentiā virtutū et facta iniusta: valet tibi hac de causa exosum esse: tum q̄a facilius corrigeris: et ad correctionē tuā magis conaberis: tū quia p̄ hoc humiliaberis: et vel pro parte puniris et pena futura minor erit. Porro si ppter zelum iusticie: et maxime fidei contrariū sentiētibus sis exosus: iure martyr dici poteris: pfecto ex eo q̄ ppter fidem aut ppter iusticiā occideris. Qui em̄ odit fratrē suū homicida est. Sed nec odiens fratrē posset dici homicida: nisi ille quē odierit occideret: et per cōsequēs exosus multis a multis et multoties occiderur. Martyrū autē gl̄ia corā deo et angelis ei⁹ nō ē parua. Et ideo specialiter canitur de martyre: Dagna est gloria eius in salutari

## Nonus fo. lvi

tuo. Iḡit Seneca monit̄s et exemplo nō curres placere populo: qz sc̄m eū multomagis ad rē p̄tinet qualis tibi videaris q̄z qlis alijs. Nam talis nō est verus christi seruus qui adhuc placet: id est: placere cupit hoib⁹ magis q̄z deo. Unī apls. Si adhuc hoibus placere christi seruus non essem.

Flonus liber cōtinet cōsolationū remedia oportuna cōtra illa turbatiua que opponūtur delitijs et voluptati. Et habet capla. VIII.

- I De p̄solatione sup̄ carētia voluptatū.
- II De paupere victu.
- III De sobrietate et temperantia.
- IV De ieūnio et abstinentia.
- V De habitatione arta.
- VI De habitatione nō delectabili.
- VII De vili et duro vestitu.
- VIII De lectisternijs vilibus.

De cōsolatione super carentia voluptatum. La. I.

Rimo ergo non debes turbari de terrenarū voluptatū carentia: q̄a male sūt et miserū te faciūt. Unde Seneca, Quis hostis in quemq; b

## Liber

ram cōtumeliosus fuit: q̄z in quosdā voluptates sue: Quicdā se voluptatibus immērgunt: quib⁹ in cōsuetudinē adductis carere nō pos- sunt: et ob hoc miserrimi sūt q̄ eo puenierūt: vt illis que supuacua fuerūt facta sūt necessa- ria. Seruiūt itaq̄z voluptatib⁹ nō fruūtūr: et mala sua qđ maloz vltimū ē amār. hec Señ. Un et Boetius. Quid de corporis volupta- tibus loquar: quarū appetentia quidē plena est anxietat⁹: satietas vero penitētē: Quātos ille morbos: q̄z intolerabiles dolores quasi quēdā nequitie fructū solent referre corpori- bus: Quarū quidē motus qđ habeat iocun- ditatis ignoro. Tristes vero esse voluptatū exitus. Quisquis reminisci libidinū suaz vo- let: intelligit. hec Boetius. Minimū volupta- tes ipam vitā corporis impugnāt. Un Señ. Potest nostra puidentia longiorē prorogare huic corpusculo morā: si voluptates quibus maior pars perit poterimus regere et coer- cere. Ex hac auctoritate argue ad. ppositum p̄ sensū cōtrariū. Item bone vite que precipue penes animā attendit repugnat. Un Tulli⁹. Om̄nes bene viuēdi rationes in virtute sūt col- locāde: nō ergo in voluptatibus. Deniq̄z vo- luptates: teste saluatore: spine sūt: que verbū dei suffocant. Sic em̄ animā sauciant vt xbi

## Nonus

lviii.

dei capacē esse minus sināt. Sūt et arma dia- boli testāte papa Innocentio. Ocio sitas in- quīt et voluptas arma sunt antiqui hostis ad miseras aias capiendas. Et premittit ociosi- tate voluptati: quia ociositas occasio est vo- luptatis. Porro si voluptatū terrenarū copi- am haberet: diuinaz visitationū inopiā in- curreres. Un Bernardus. Undiq̄z se ingerit amor mūdi cū cōsolationibus: immo desola- tionibus suis: obseruat aditus: p̄ fenestras ir- ruit: mentem occupat: sed non eius qui dixit: Renuit cōsolari anima mea: memor fui dei et delectatus sū. Preoccupatū nempe seculari- bus desideriis animū: delectatio sancta decli- nat: misceri nō potuerūt vera vanis: nec eter- na caducis: spūalia corporalib⁹: summa imis- vt pariter sapias que sursū sūt et q̄ sup terram. Unde benignissimus ille magister ait: Roga- bo patrē meū et aliū paraclitū dab̄it vobis spūm veritatis vt maneat vobiscū in eternū. Audiat qui huic sterquilinio semper inheret: qui carnē souet: in carne seminat: carnē sapit: nihilominus cōsolationē supne visitationis: illam torrentē voluptatis: illaz sapere gratiā spūs vehemētis: quā vt veritas ipa testatur: nec cū ipsa quidē verbi carne suscipe nullate- nus apli meruerūt. Sed dū illa morat inqui-



Et ideo dicit Bernardus: *Effusus anim<sup>2</sup> extra: damna interiora nō sentit: qz nec intus est ipse: sed cū in seipsum aīa redierit cognoscet qz crudeliter misera semetipsam euisceravit.*

### *De paupere victu. La. II.*

*V*ixum de simplici dieta et paupere victu tristari nō debes: sed magis gaude re: qz est leuioris digestionis et minoris cure. *Unū Hieronym<sup>2</sup>. Nec tales accipiām<sup>2</sup> cibos: qz aut difficulter digerere aut comedētis magnō paratos et perditos labore doleam<sup>2</sup>: ole rū z pomorū ac leguminū: z facilior apparat<sup>2</sup> est: et arte impendūqz coquorū non indigeret: et sine cura sustentat humanū genus moderat<sup>2</sup> sumptus: quia nec auide deuora<sup>2</sup> qd<sup>2</sup> irrita menta gule nō habet: et leuiori digestione de coquī. hec Hieronym<sup>2</sup>. Simplex etiā vict<sup>2</sup> a graui egritudine pseruat z quādoqz liberat. *Unū idē Hieronym<sup>2</sup>. Legim<sup>2</sup> quosdā morbo articulati et podagre humoribus laborates: pscriptione bonorū ad simplicē mensā z pauperes cibos redactos cōualuisse. Laruerant em̄ sollicitudine dispense domus z epularū largitate: qz et corpus frangunt et animū. hec Hieronym<sup>2</sup>. Sz z de deo nō est fas vel cogitare qz suis servitoribus dilectissimis deficiat in necessarijs: dicente psalmista: *Tacta cogi***

### *Liber*

es: sine aliqua p̄solatione esse nō possūz: imo vero si morā fecerit expecta eam: quia veniet et nō tardabit. Apostoli decē dies in hac ex p̄solatione sederūt p̄seuerantes vñanūm̄ in oratione cū mulieribus et maria matre iesu. *L*ui nos gracie pro nostro exiguitatis modu lo preparat<sup>2</sup>: exinanire nos in et ipsos qz omnia et a delectationibus miseris et caducis cōsolationsbus euacuare studeamus carissimi cor da nra. *E*t iterū. *M*ant in carne sua terrenas cōsolatiūculas siue i verbo siue i sig siue in facto siue in aliquo alio: et si hec interrūpūt ali quādo: nō tamē penitus rumpūt. *I*nde est qz raro affectiones suas dirigūt in deū: et eoru<sup>2</sup> cōpunctio non continua: sed horaria est. *I*m pleri aūt visitationib<sup>2</sup> dñi anima que his distractōibus subiacet nō potest: z quāto mag illis euacuabit: tanto amplius istis implebit<sup>2</sup>. *S*i multum multū: si paꝝ parūn: vel forte si magis probas: nūqz iste illis misceri poterūt: nō enim spūs z caro: ignis z tepiditas in uno domicilio cōmorātur: presertim cū repiditas ipsi domino soleat vomitū. puocare. h Hier. *U*nde z Gregorius dicit. Si carni qd<sup>2</sup> liber ab scidim<sup>2</sup>: mox in spū qd<sup>2</sup> delectat inuenim<sup>2</sup>. *U*nū etiā Augustin<sup>2</sup>. Si habet anim<sup>2</sup> vnde delectetur extrinsecus sine delitijs remanet interiorus.

## Liber

tatū tuū in dño et ipse te enutriet. Necessaria vero p ipsū dilectissimis pūsa simplicia fure: nec multa nec magna: vt patet in suis anachoretis et prophetis. Nam Paulo primo heremite p corū hora prandij tm dimidiū panē misit: et in aduentu Antonij prebendā duplicitauit. Hædias etiā i deserto per angelū excitatus a somno vt comederet: deo pudente inuenit ad caput suū sacerdoticiū panē et vase: ad comedendū scz et ad bibēdū: et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctib⁹ usq; ad montem dei oreb. Et nūquid poterat illi deus laetiorē mensam facere in deserto? Utq; poterat sed nō fecit. Danieli etiā seruo suo in lacu leonuz constituto: p abachuc prophetam misit pulmētū coctū p messorib⁹: et intritū panē in alpheolo. Hæccine autē pūsio singulis facta predicatorū satis simplex fuit omnino. Qd nimiruz et in nobis minus deo dilectis minusq; dignis lauti⁹ p curari merito restringere poserit omnis supfluitatis appetitū.

## De sobrietate et temperatia. La. III.

c Eterū de sobrietate seu temperantia ne quaq; tristari posses: qnimo poti⁹ gauderes si bona que ex his homini pueniunt diligēt aduerteres. Un Aug⁹. Sobrietas mev

## Nonus

lx.

tis ē et sensus mēbroz corporisq; tutela: castitatis pudicitieq; munimen: pudori proxima: amicitie pacisq; serua: honestati sp coniuncta: criminū vitiorūq; omnī profuga. Et iterū. Sobrietatis pseueratia inestimabilis est animi fortitudo: om̄s eam virtutes et om̄s laudū tituli semp cōcupiscūt: qr sine ipsa ornari aut placere nō possent. hec Aug⁹. Un et Origen. Sobrietas om̄m virtutū mater est: sicut econuerso ebrietas om̄nū vitiorū. Considera etiā tempantie laudē: et vitij sibi oppositi vituperiū: et digne cessabit in te passio tristicie. De primo dicit Chrysostom⁹. Nihil sic sensuum acumen opatur sicut refectione moderata. Un et Hieron. Modicus ac temperatus cibus et carni et anime utilis est. De scđo dicit Isido. Sule saturitas nimia aciē metis obtundit: ingeniūq; euertere facit. Un et Hieron. Semp saturatitudi iūcta lascluia ē: vicina sūt sibi vēter et genitalia: et p mēbroz ordine ordo vitiorū.

## Be ieunio et abstinentia. La. III.

i Usq; ppter ieuniū et abstinentiā non contristeris: nec fias sicut hypocrita tristis: sed potius cōtra tristiciā attēde ad bona tam corporalia q; spiritualia q; inde sunt speranda. Nempe vt dicit Ecclasticus: Nō est census sup censum salutis corporis: ad quem

b 4

## Liber

prefecto multū cōfert ieūniū et abstinentia hominis exterioris. **Uñ Hieron.** Mater sanitatis est abstinentia: mater egritudinis est voluptas. Sed et vulgacissimū est: quod abstinentia est sūma medicina. **O** quāti calores febriū ieūniūs sūt extincti: **O** quotiēs diuersay infirmatū materia in ieūnātib⁹ ē cōsūpta: **O** quotiens ex repletione nimia nonnulli paralīsim et pessimos morbos incurrisse: si nō v̄l sanguinē minuēdo vel p̄ abstinentiā se iuuissent: **P**rofecto ieūniū multotiēs infirmū sanat: et sanū ab infirmitate vel etiā a morte quādoq; preseruat: et per cōsequēs a medicorū solario supportat. **Audi et de bonis spūalibus.** Ecce si culpa maximū malorū est: sequit quod mors culpe de maximis bonorū est. **Hoc autē bonum de ieūnio et abstinentia v̄l causat h̄dicat.** **Uñ Ambrosi⁹.** **I**eūniū mors culpe excidiū delictorū: remediuū salutis: radix gratie: fundamētuū est castitati s. **Uñ et Berni.** Pro eo quod ab ipsiis licitis abstinemus: ea nobis que prius cōmissimus illicita p̄donant. **Quid est cōdonari cōmissa:** nisi ieūnio breui ieūnia redimi sempernā: **B**ehēnā em̄ meruim⁹ vbi nūc vllus cib⁹ ē: nulla p̄solatio: null⁹ termin⁹: vbi gutta aque diues postulat et accipe nō meret. **B**onū et salutare ieūniū quo redimuntur eterna

## Nonus

lxii.

supplicia: dū remittunt peccata. **Hec Berni.** Ideo etiā de ieūnio et abstinentia non tristari sed gaudere debes: quia cū his possunt virtus ab anima remoueri: et multa bona p̄mereri. **Unde in p̄fatione ecclastica dicit de ieūnio:** Qui corporali ieūnio virtus cōprīmis. **Unde Bernar.** **I**eūniū nō solum ablutio est peccatorū: sed extirpatio vitiorū: nō solū obtinet veniam: sed meret grāz: nō solū delet pctā p̄terita que cōmīsimus: sed et repellit futura que committere poteramus. **Ei ter:** **I**eūniū oīone deuotionē et fiduciā donat. **Uñ et Petr⁹ Ra.** **I**eūniū aufert vitiorū morbos: carnis amputat passiones: crūminis causas propellit. **Uñ et Hieron.** Ardentes diaboli sagitte ieūniorū et vigiliarū frigore restringende sūt. **Ei ter.** **I**eūniū nō solū p̄fecta virtus: sed et cetera rū virtutū fundamētuū est et sanctificatio **Uñ et Augustin⁹.** **I**eūniū cōcupiscentie nebulas dispergit: libidinū ardores extinguit. **Ei ter.** **I**eūniū purgat mentē: subleuat sensū: carnes spūi subiicit. **N**eniq; cōsidera quod ieūniū quāuis cibo videat cōtrariū: tamen et ipsū cibus est virtutis interiorē hominē cōfortat. **Uñ Leo papa.** Semper virtuti cibus ieūniū fuit. **D**e abstinentia quoq; prodeunt caste cogitationes: rationabiles volūtates: salubria cōsi-

lia; et p volūtarias afflictiones caro cōcupiscētūs morit et virtutib⁹ spūs innouat. Hec ille. Considera etiā q̄ si tibi ieūniū corporalē cibū substrahit: tāto mens vtilius spiritualem sibi cibū attrabit: qui quidē homini necessari⁹ est. Non em in solo pane viuit homo: sed in omni verbo qđ pcedit de ore dei: p cuius carentiaz si saluator dimiserit nos ieūnos deficieim⁹ in via. Porro si ratione ieūni⁹ a cibo abstinen⁹ corporali: fame affligeris siue siti: sume cibuz alium siue potū. Ut em ait Cassiodorus: ips⁹ grauior est consuetudo subtracti cibī qui se escis alijs nesciūt consolari. hec ille. Num ergo fame vel siti affligeris: perlustra armari⁹ memorie seu arcā mētis tue arcane. ⁊ si quēquā dulcissimū cibū verbi dei inueneris ibi reseruatū: illū gusta: illo recreeris: atq̄ de cella vinaria vino leticie spūalis. Nēpe cibū atq̄ potū hmoi spūalem gustando: nō solum venies in obliuionē ieūni⁹ et alteri⁹ puta carnalis cibī sumēdi: sed et carebis eius appetitu tanq̄ insipidi: Quia gustato spū desipit omnis caro. Qđ qdē si neglexeris: satuis es sili⁹ nec cōpassiōe dignus. Quēadmodū nec talis qđ p grossioris cibī: puta nigri panis carētiā famesceret: eo q̄ cibos delicatos absconditos hñs in copia eis vti nō curaret. Hoc aut̄ dī

co naturale quodāmodo famis remediu attē, dendo: qđ quidē remediu in pposito cōfistet in suspensiōne ad cibū spūalem p actualez cōsiderationē: quēadmodū quis dū ad vnuz cibū delicatū p actualē vsū suspendit: interim naturalit p appetitū grossioris cibī nō vexat.

## De habitatione arta. Ca. V.

p Reterea sup habitatione arta nō turberis: que eo magis tibi cōuenit q̄ ampla et lata ⁊ spaciosa: quo minus eris in ipsa arta distractus et magis remanebis recollectus. Distractio em quā spaciosa habitationū loca operantur nōnunq̄ virtutes euacuat. Contra artū habitaculū quo se frequētantū exclu dit turbas hominū: eo virtutū multitudinem ad se inuitat: quarū ingressum artitudo nō impedit: sed magis ad eā mentē recolligēdo disponit. Hinc est q̄ Galerius ille maximus dicit: Humile tuguriū virtutes recipit: Angustus locus magnarū virtutū turbā capit. Sz profecto melius est associari turbe virtutū q̄ hominū. Qđ et ipse Valeri⁹ ioco virtuoso patetissimi diogenis ostendit. Diogenes inquit cū torqueret in dolio: se domū volubilē habere iocundabatur: et se cū temporibus cōmutātem. Frigore em os dolū vertebat ī meridiē: estate ad septētrionē: et ybiciq̄ se sol inclina-

## Lber

uerat: diogenis simul pretoriū vertebarur.

## Be habitatiōe nō delectabili La. VI

n Ec etiā delectabili habitatione hic frui appetas: sed potius talē refugias: quia spem diminuit de futuris in celo habēdis delitijs. Unde in vitas patrū: facta de quodam loco delitioso mentione: dicit sic: Locus iste si delitosus est et abundās: quā requiē sperabimus ī futuro seculo si hic delitijs fouemur: Multo ergo melius est hic habitationib⁹ carere delectabilibus: q̄ pati detrimentū circa bonū spei de sidereis mansionibus cōsequēdis in celestibus.

## Be vili et duro vestitu. La. VII.

r Ursūm nō desideres vestitū delicatum: quia nō licet talia appetere: presertim ei cui alias pacto quodā: scđm aplin: cōcessū est xp̄m induere. Un Lyprianus. Serico et purpura induuti xp̄m sincerit induere non possūt. Deniq̄ qđ ampli⁹ vel potius in vestitu desideras q̄ in ipso et per ipsū deo gratū esse: qđ delicate et p̄ciosē vestes mīme opant: sicut et sine peccato ī pluribus minime deferuntur. Un Greg⁹. Nemo existimet ī fluxu atq̄ studio preciosarū vestitū peccatū deesse: qz si hoc culpa nō esset: nullo modo iohannein dñs de vestitus sui asperitate laudasset: et nequaquā

## Nonus

Ixii.

Paulus feminas a preciosar̄ vestitū appetitu cōpesceret dicens: Non ī veste p̄ciosa. Illeec Greg⁹. Hoc autē q̄ grande sit peccatū patet ex historia romanorū: vbi legit q̄ ille qui pri- mus a pud eos purpura īndutus fuit: p̄cussus a fulmine interit. Audi de hoc et Innocētiū. Superbus inquit vt magnificus videat sata git vestri duplīcibus: īndui mollibus: precio- sis ornari: Sed quid est p̄ciosus ornatus: nisi sepulchrū foris dealbatū: intus aut spurcitia plenū: h̄ ille. Hinc esse potest qđ Augustinū fertur dixisse: Ne preciosa veste erubesco: que si mihi datur vendo eā. Sed et Chrysostom⁹ dicit: q̄ mollis vestis rigidū corpus facile redit delicatū: facto vero corpore molliore: ne- cesse est et animā participare lesionē. Nam vt plurimū operationes ipsius consonant dispo- sitionibus corporis.

## Be lectisternijs vilibus. La. VIII.

d Emū ī stramētis et lectisternijs nō q̄ ras delitias: ne inde tormētum et luctū recipias. Lege qđ prophetatū regitur: dicente Elaia: Subter te sternetur tinea: et operimē- tū tuū erunt vermes. Qualis lectus subtus et qualia lectisternia supius: Quale et q̄ ab- omniabile tormētū: qđ quidē vt euadas me- rito debes gaudēter carere delitijs ī lectorū

## Liber

et lectis sterniorū mollicie delicate consistentibus. Et certe qā diabolus i illa hora qua stra mentis utimur: presertim delicatis: maxime nos temptare solet: expedit tunc eum fugare. Unde Bernar. Hū diabolus officinas frat̄ circuit: debet eū fugare ab oratorio deuotio: a refectorio lectio: a caplo patientia: a dormitorio stramēta vilia. hec Bernardus. Luius dicto psiderato: gaudēter stramentis vilibus est vtendū. Cōsidera etiā gesta circa illum tēnerrimū et vagientē infantulum in asperrimo frigore natū: frigido loco et tempore: in duro presepio p lecto positū: z p lectis sternis pannis inuolutū vilibus. Nam et maximū dicit de ipso: q apud iudeos sordebat in pannis. Unde et Beda sup illo verbo: Reclinauit eū in presepio. Huri inquit presepis angustia cōtinetur cui celū sedes est. Attende et matrem domini tenerā et delicatā: que si lectū habuisset: puerū suū tā dilectū nō in presepio posuisset in medio duū animaliū infanti terribiliū: Forisitan ipsa in terra nuda quieuit. Nam nihil legitur de eius lecto: quia nec erat ei locus in diuersorio. Fac ergo cōparationē tui hominis ignobilis ad regē celi atq; ad reginam mudi matrē dñi viuēgeniti. Fac cōparationē tui rusticani et robusti ad teneritudinē pueri z

## Nonus

Ixiii.

puerpere: et teipsū apud te inuenies detestabilem merito haberī: qui de duricla lecti z lectis sterniorū vilitate cōqueri presumis: ac si tibi debeātur delitie: quibus caruit deus tuus et mater eius: Nonne erubescis qui talia cōmoda requiris: Fac cōparationē tui iniusti et p̄tōris ad puerū purissimū z ad matrem innocentē. Fac inter te et ipsos cōparationē: et inuenies q p se nullo indigebant penalitatis remedio: Tu vero querēdo cōmoda: penalitates refugis: quib⁹ p peccatorū tuorum remedij indigeres. Deniq; fac cōparationē et recognosce differentiā inter te insipientem et puerū illū: qui dei virtus est et dei sapiētia: qui nō elegisset penalitates: nec pro lecto feni duriciā: nisi in huiusmodi aliquod magnum bonum latens cognouisset: z quodctiq; illud sit: eiusdē boni participiū cū tibi similibus penalitatibus cum gaudio cōparabis. Sane si p̄ter bonū implicitē tactū de bono penalitatibus respondentē desideres magis explicitē edoceri: Ecce oportuit christū pati et ita utra re in gloriā suam. Proinde et tu sperare habes per incōmoda patienter tolerata cōsequi gloriā: et per tormenta temporalia cōparare tibi delicias sempiternas.

## Liber

Becimus liber p̄tinet cōsolationū re  
media oportuna cōtra illa turbativa  
q̄ op̄onūs solatij et gaudijs seu lo-  
cūditati hui⁹ seculi. Et h̄z cap̄la. VII.

- I De cōsolatione super carentia gaudi⁹  
exterioris.
- II De carentia cōfabulationis.
- III De silentio obseruando.
- IV De tristicia.
- V Qd̄ mali sepe melius habent in mū-  
do q̄ boni.
- VI De doloribus.
- VII De lachrymis.

### De cōsolatione super carētia gau- di⁹ exterioris. La. I.

Rimo igitur nō tristeris sup carē-  
tia gaudi⁹ exterioris: Qz inde mēs  
tua a secreto interioris gaudi⁹ ex-  
cluditur: et diuersis malis passioni-  
bus p̄vices subiicitur. Un̄ Greg⁹. Ut quid  
rāceamus: quot in corpore doleres tolerat q̄  
febrib⁹ anhelat: ipsa nostra salus egritudo est  
cui curandi necessitas nunq̄ deest. Quot em̄  
solatia ad v̄sum viuēdi querimus: q̄si tot egr̄i-  
tudini nostre medicamentū obuiamus. Sed  
ipsum quoq̄ medicamentū in vulnus vertit:

p.

## Decūnus fo.lxv.

quia exquisito paulo dūtiūs inherentes: eo  
grauius deficim⁹ qd̄ p̄inde ad refectiōne pa-  
ramus. Ipsa quoq̄ mēs n̄ra a secreti interio-  
ris gaudi⁹ exclusa: modo spe decipit: modo  
pauore vexatur: modo dolore deūcit: modo  
falsa hilaritate replet. hec Greg⁹. Qui ex di-  
cīs solatij finalē infert quattuor malas aie  
passiones. De quib⁹ Boeti⁹ loquēs sic dicit:  
Gaudia pelle: Pelle timorē: Spēq̄ fugato.  
Nec dolor assit: Nulla mēs ē: Vinctaq̄ fre-  
nis: Nec vbi regnāt. Insuper multo meli⁹ est  
gaudio carere: q̄ de gaudio habito postmo-  
dū dolere et tormēta sentire. Nam ut scriptu-  
ra dicit: Extrema gaudi⁹ luctus occupat. Un̄  
z Greg⁹. Jure restat ut q̄t prius in mūdo in-  
columes habuim⁹ gaudia: tot postmodū de  
ipso cogamur sentire tormēta. Et videtur in-  
niti ei qd̄ in apocalypsi de babylone scribitur.  
Quātū glorificauit se et in delitij sūit: tantū  
date ei tormentū et luctū. Deniq̄ leta nō sūt  
querēda et de tristib⁹ nō est cōquerendū: qd̄  
plus cōferunt tristia q̄ leta. Unde Gregori⁹.  
Solet leticia arcana mentis apire atq̄ aperi-  
endo amittere: Aduersa vero cū nos exterius  
deprimūt: interi⁹ cautores reddunt. Porro  
dicit Cassiodorus. Sequenti gaudio confert  
dulcedinē premissa tristicia. Et profecto inde

i

## Liber

sequit: q̄ carentia mūdani gaudij eo est appetenda: quo futuro gaudio celesti cōfert dulcedine. Ita sane ut semp plus sapiat: qđ quidez omni p̄ualet gaudio presenti: sicut eternū tēporali. Item de carentia illi⁹ gaudij nō tristis: qđ respectu veri gaudij in dñō habendo veraciter rationē habet meroris. Vñ Berni. Illud reuera verū est gaudiū et solū: qđ non de creatura sed de creatore concipit: qđ cum possederis nemo tollat a te: cui cōparata oīs aliūde iocūditas meror est: omīs suauitas dolor est: omne dulce amarū: omne decorum fēdū: omne aliud qđ delectari possit molestum. hec Bernar. Preterea eo carere bonū est: qđ anima sanctis meditationib⁹: que vtq; rectū iudiciū promouent: occupata exiliū reputat vel carcerē aut luctū deputat vel merorē. S; pfecto aīa spūalib⁹ meditationū incitamentis occupata: mundū carcerē vel exiliū: acrisum et gaudiū luctū reputat et merorē. Vñd Aug⁹. Per redēptoris nostri mortē de tenebris ad lucē: de morte ad vitā: de corruptione ad incorruptionē: de exilio ad p̄iam: de luctu ad gaudiū: de terris ad celeste regnuꝝ vocatis sumus. Quecumq; ergo anima sancta talibus fuerit incitamentis occupata: nihil cōcupiscit terrenū: nihil trāsitorū: nihil qđ ad tē,

## Decimus

Ixvi

pus arridet: nihil qđ ad p̄sens delectet: risūc⁹ luctū deputat: et gaudiū in merorem cōmutat: Qui mūdus carcer est: celū nō habitatio: cui exultatio de p̄ntibus nulla est: qz i illo tm̄ gaudere appetit q̄ sup oēs est. hec Augustin⁹. Idcirco etiā gaudia de exteriorib⁹ nō sūt expetēda: quia nō sūt durabilia. Und Seneca. Qui ad gaudiū habendū durable se dirigit: ad interiora se cōuertat. Vñr inquit boni gaudiū ē ex bona cōscientia: Tu iudicas illū gaudere q̄ ridet: anim⁹ esse debet alacer ⁊ fidens ⁊ sup oīa rectus: Conculta oīa ista q̄ forinsecus splendet et d̄ tuo gaude. Quid est aut de tuo: id est: de teipso et de tua optima parte: volo tibi nunq; deesse leticiā: volo tibi illam domi nasci: nasci autē domi si intra te sit. hec Sen. Gaudia etiā de exteriorib⁹ sūt mīora gaudijs internis: et ideo nō est curandū de eis. Unde Ecclesiasticus. Non est inquit oblectamentū sup cordis gaudiū. Dicit cordis: nō corporis: ad differentiā risus corporalis: ad differentiā salt⁹ vel circūitus chorealis: ad differentiam oīs ignominiose exultationis: De qua Salomon dicit in Proverbīs: Stultox exultatio ignominia Igitur gaudiū in dñō tāq; maius bonū est semp preferendū: ⁊ p eo cōsequēdo gaudiij mūdani carentia letanter est ferenda.

i 2

## Liber

**Un** glosa sup illud apli: Gaudete i dñō semper dicit sic. Nō in seculo: s in dñō: id est: om̄e bonū vnde gaudendū est: statuite in deo nō extra. Sicut em̄ nō potest homo duobus dñis seruire: sic nemo potest in seculo gaudere et in dñō. Amicus em̄ huius mūdi inimicus dei repudiat. Multū inter se hec duo gaudia differunt: sūtq̄ oīno cōtraria: nec simul in eodē eē possunt. Hec ibi. Carētia igit mundani gaudiū nō est nisi remotio obstatuli respectu gaudiū in deo habēdi qd̄ solū est verū gaudiū: cui cōparata oīs aliūde iocūditas meror est. Propter hoc ergo gaudiū tam cōsolatoriū in deo habendū: gaude q̄ remotū sit obstatulū p carentiā mundanorū gaudiorū.

## Be carētia cōfabulatiōis. La. II.

**I**rsus de carentia solatiose cōfabulationis et necessaria obseruatione silentij nō cōtristeris: q̄a ab humanis colloquij sēparato p̄inquieror est deus. Unde in libro patrū dicit de iohāne solitario. Quāto se ab humanis curis et colloquij s sequestrabat: tanto illi vicinior et p̄inquieror de<sup>2</sup> erat. Et certe etiam ad cōfabulandū seu colloquendū. De<sup>2</sup> em̄ in tali interna p̄inqtate homini loquit: s̄m illud psalmiste: Audia quid loquaſ in me dñs deus. Sed et ecōuerso homo ab aliorū collo-

## Decimus lxvii.

qn̄j̄s separat̄ loquit̄ cū deo: dicēte Hieronymo: Sapiēs nunq̄ solus esse potest: et si hominū inopia fuerit: loquit̄ cū deo. Et nimirū deus solatij etiā p̄ solatio hūano p̄stituit nob̄ factos libros solatio habēdos: Quēadmodū in libro machabeorū de societate et amicitia mentione facta: s̄biungitur: Nos nullo indigemus habentes solatio sanctos libros. Nō ergo sūt homines ad cōfabulādū necessarij: q̄n̄ vicem hominū supplēt libri.

## Be silentio obseruādo. La. III.

**I**llup de censura silentij nō debes cōtristari: quia multa bona solet opari. Utat em̄ et declinat peccatū. Unde Ambro. Plures em̄ vidi loquēdo in peccatū incidisse: vix quēquā tacēdo. Sapiēs ergo est qui nouit tacere. Est etiā virtutū fundamentū. Un̄ itidez Ambro. Silentij patiētia: oportunitas loquendi: et cōtemptus diuitiarū: sunt maxima fundamēta virtutū. Itē vincit malū. Un̄ Chrysostom<sup>2</sup>. Malū hominē tacēdo melius q̄ re spōdēdo vincere potes. Itē declinat nocumētū. Un̄ Valerij maximus. Solon cū alijs loquētib<sup>2</sup> taceret: interrogat̄ vtrū ppter inopia verborū: an q̄ stultus esset taceret: Respōdit: Nemo stultus tacere potest. Cur igit̄ solus lingua cobibes: Quia inquit locutuz esse me

## Liber

aliquādo pentruit: tacuisse nunq̄. **Juxta illud**  
**Mā nulli tacuisse nocet: nocet esse locutū.** hec  
**Cato.** **Silentū etiā pbat sapientē virū.** **Un**  
**Seneca.** **Taciturnitas stulto homini p sapi-**  
**entia ē: tacere qui nescit: loqui nescit.** **Itē ser-**  
**uat secretū et loquēdi modū.** **Un itidē Sene.**  
**In hoc incūbe ut libentius audias q̄ loqr̄is.**  
**Qd tacitū esse velis nemīni dixeris.** **Aurib⁹**  
**frequētius q̄ lingua vtere.** **Quicqd diciturus**  
**es anteq̄ alijs tibi dixeris.** **Itē nutrit gratum**  
**et ornatū verbū.** **Un Greg⁹.** **Quasi quoddā**  
**nutrimentū verbi est cēsura silētū: et recti qn̄**  
**q̄ excentiā sermonis accipit: q̄ pri⁹ ordi-**  
**nate p humilitatē taceret.** **Et vniuersaliter p**  
**dest multū.** **Un Sene.** **Mihil eque pderit q̄**  
**qescere et minimū cū alijs loq̄ et plurimū secū.**

### Be tristicia. Caplmi. III.

c Eterum tristicia non debet te grauare:  
q̄ remedū habet laudabile in tua cōsti-  
tutū potestate: deo ad hoc parato specialiter  
cooperari. **Un Aug⁹.** **Vis nunquā esse tristis**  
**bene viue: bona vita semp gaudiū habet.** Au-  
di et aplm qui admonet dicēs: **Gaudete i do-**  
**mīno semp.** **Qd Thomas sic postillat.** **Sēp**  
**gaudet in deo: q̄ quicqd malum pueniat est**  
**incōparabile bono qd est deus: et ideo nulluz**  
**malū iterrūpit.** **Et iterū:** **Aliqñ xō iterrūpit**

## Decimus lxviii

p tristiciā tēporalē: qd significat īmpfectionē  
gaudiij. **Qn em q̄s pfecte gaudet n̄ iterrūpit**  
**de reparū duratē.** **Audi etiā eundē aplm mo-**  
**nentē nos vt vel simus spe gaudētes.** **Ēstat**  
**em q̄ tristiciā patientē: nō solum cōsolaretur:**  
**sed etiā statim ei gaudiū supinduceret p maxi-**  
**mū certa spe habita de cōsequēdo post breuē**  
**vitā: vitā tristicie nesciā: omniq̄ gaudio sup-**  
**abundantē ī adeptione gloriōsi regnī.** **Pro-**  
**fecto ergo ppter spem huiuscemodi quecunq̄**  
**tristia iusti deo seruētes patiātur: nō aliud re-**  
**stat eis nisi cōtinuo gaudio gratulari: precla-**  
**ro exemplo quorundā monachorū sub patre**  
**Apollonio deo seruientū:** **De quib⁹ ī patr**  
**libro sic dicit.** **Supra modū leticia et gaudiū**  
**inerat eis: et tanta exultatio: quanta ab ullo**  
**homīnum possit haberī ī terris.** **Mullus in**  
**eis omnino tristis īnueniebat.** **Donebat eos**  
**pater Apolloni⁹ dicēs: nō oportere īnesse tri-**  
**sticiā his qb⁹ salus ī deo est et spes ī regno**  
**celoꝝ.** **Tristētur aiebat gētiles: lugeant iudei:**  
**plangāt sine cessatione p̄tōres: iusti vero le-**  
**tētur.** **Mā si hī q̄ terrena diligunt sup caducis**  
**rebus letātur: nos qui tāte glie spem: et eterni-**  
**tatis habemus expectationē: cur nō omnino**  
**exultatione gloriemur.** **An nō apls ita adino-**  
**net dicēs: Semper gaudete; in oībus grās agi-**  
**i 4**

## Liber

ter hec ibi. Ut etiam de tristitia non tristeris:  
Audi verba veritatis dicentis: Tristitia ve-  
stra vertet in gaudium. Profecto si cui permittet  
retur ab eo qui esset verax et potens facere per-  
missum: quod omnes illius lapides converteret in au-  
rū: ut quod cōgregaret lapides quod plures posset  
et maiores. Nūc autem permittit nobis ab ipso quod  
veritas est et potens super omne quod est: quod tristi-  
tia nostra vertet in gaudium: ideo multū libenter  
debemus sustinere tristicias huius mundi et pressu-  
ras. Et potius plures et maiores: quod secundū  
multitudinem et magnitudinem dolorū erit mul-  
titudo et magnitudo consolationū. Denique for-  
te tristaris et penitētia duceris specialiter de  
preteritis: ut de via quā fecisti vel de actu quē  
pegisti aut neglexisti: et dicas forte propter euen-  
tum tristabile: quoniam infortunium est secutum:  
puta amissio rerum: vel membra perdito: aut  
infirmitas multū grauis. Sed heccine occasio  
tristie nō est sufficiēs: falli quod videris cum de di-  
cta cogites cōsequētia minime forsitan neces-  
saria. Logita ergo magis: quod si per aliam viam ve-  
nisses: vel si nō tale opus pegasisses: vel si nō ta-  
le opus neglexisses: damnū multo maius vel  
periculū aut forte morte incurrisse. Quicquid  
igit aduersi tibi acciderit: cogita id deo volē-  
te factū esse et per tuo meliori.

## Decimus lxix.

Qd mali sepe melius habet in mu-  
ndo quod boni. Capit. V.

Præterea de eo nō debes cōqueri quod mali  
in mundo melius habent quod boni: indu-  
cēdo ad hoc querelā antiquorū: scilicet David di-  
centis: Zelaui super iniquos pacem peccatorū vi-  
des: vel Hieremie idem sic cōquerētis: Qua-  
re via impiorum prosperatur: Aut ceterorum  
similia cōquerentū: quia nō modicū erras si  
nō sint tibi signū in bonū. Datō esti quod iniusti  
de exteriori pace plus habeant: minusque ab ex-  
tra quod iusti impugnent: Ecōuerso tamen iusti  
de interiori pace plus habent minusque ab in-  
tra impugnātur. Enī Cassiodorus. Quā pecca-  
tores videtur esse locupletes multisque dñari  
populis: aut in mundo non esse quod timeant:  
pacem habere putant: Sed pax illa cū cōscien-  
tia litigat semp et rixatur intrinsecus: et cū ho-  
stē nō habeat: secundū decertat. Hec Cassiodorū.  
Sed tu p̄sidera quid melius sit: ab intra pacem  
habere aut ab extra. quid ve periculosius sit:  
ab extra impugnari vel ab intra: Profecto si  
inimici hois domestici eius. Si dñs aliquis pu-  
gnaturus: intraneos sui exercitus timere ha-  
beat: multo p̄iculosius est quod si ab extraneis  
impugnetur. Qui ergo iusti sūt meliori sors il-  
lorū est etiā in hoc mundo quod sit ipsorum patōrum.

Mā t̄ teste Augustino: oīs īordinat̄ anim⁹  
fit sibi p̄si pena. Insup q̄ malī ī hoc mūdo  
plus q̄ boni p̄spērētur: hoc fit diuina dispē-  
satione ad n̄re salutis augmentū et glorifica-  
tionis documentū. Per hoc em̄ boni admō-  
nēt̄ur potiora: t̄ q̄ malī cōmunicare n̄ possūt̄:  
bona querere sibi v̄l̄ ī statu glorie reseruata.  
Supposito iḡt̄ iuxta querelā antiquā: q̄ ma-  
li ī hoc seculo plus q̄ boni p̄spērent̄: hoc q̄  
dē erit resurrectionis future: in qua diuina iu-  
sticia ab oībus exigente cōcessa bonis multo  
melius q̄ nūc malis: et malis multo pei⁹ erit  
q̄ nūc bonis: euīdens argumentū. Quod nū  
mirū argumentū plus de bono cōtinet q̄ sit  
omne malū ī bono & aduersitate: vel q̄ sit om-  
ne bonum p̄spēritatis impioꝝ. Deniqz audi  
Chrysostomū p̄posito cōcordantē. Nemo in-  
quit vidēs malignos p̄spēritate gaudere tur-  
betur: nō est em̄ hic retributio malignitat̄ ne-  
q̄ virtutis. At si aliquādo cōtigerit vt aliqua  
sit retributio vel malicie vel virtutis: nō tamē  
sc̄m cōdignū est: sed veluti quidam gustus  
vel iusticie vel iudicij: vt qui resurrectionē nō  
credūt talibus doceātur. Quādo itaq̄ vide-  
mus malignū dītescere nō subruamur: et q̄ si  
videm⁹ bonū mala patī nō turbemur: illīc co-  
rona: illīc supplicia. Est et alia ratio: q̄ nō po-

test malus ī omnibus malus esse: sed aliqua  
bona habet: neq̄ bonus ī oībus bonus esse  
sed aliqua habet pctā. Quādo ergo habet p̄/  
spēritatē malus: malo: id est: ad malū capit̄is  
sui est. Cum em̄ p̄ illis paucis bonis retribu-  
tionē hīc accipit: illic iam plenius punieſ.

## Be doloribus. Caplī. VI.

p̄ Oro si scires virtutē doloris de dolore  
habito nō doleres. Ecce em̄ aufert ho-  
stibus: id est n̄ris temptatorib⁹ oportunitatē  
alloquēdi nos ad temptādum. Nimirū: sicut  
in cordib⁹ ociosis et seculariſ gaudiosis ho-  
stes huiusmodi tenēt sua perlamenta ad p̄ficiē-  
dū tēptamēta: ita et ecōtra oportunitatē non  
hñt talī loqñdi dolēti: id est: corde tribulato.  
In huius rei figura de fatuis amicis Job & fi-  
ctis ad temptandū: significatiōne hostiū ani-  
me gerentibus: dicit in libro Job. Nō loque-  
ban̄ ei verbū: videbāt em̄ dolorē vehementē  
sensus eius. Iḡt̄ de dolore nō doleas con-  
querēdo: sed & multo potius gaudēdo dicas:  
O felix dolor q̄ sic os obstruit pessimū ūmici.

## Belachrymis. Caplī. VII

d Eniqz de lachrymis nō sic doleres si tu  
scires quāvīm haberēt lachryme. Con-  
tra dolores quippe illo faciēte q̄ dicitur: in fle-  
tu solarissi: ip̄e lachryme quodā solario dolorē

## Liber

cordis magnū minūst: ac preter refectionē et  
alleuationē mētis ad refrigerationē pectoris  
et solamen tristis cum per oculos exireunt: do-  
lorē vna secū euaporare faciūt. Unde Pet⁹  
bleiensis. Multis solatia sunt lachryme: et ex  
parte maxima magnitudinē doloris minūst.  
Dolor siquidē spēm ignis gerit: qui dū plus  
tegitur plus ignescit. Un⁹ et Ambrosius. Pa-  
scut frequenter lachryme et mentē alleuant:  
fletus refrigerant pectus et mestū solant. Est  
enī p̄s affectibus quedam flendi voluntas:  
et plerūqz lachrymis grauis euaporat dolor.  
Rursum fletū et lachrymas: cōsolatio et exul-  
tatio solent sequi. Un⁹ ipē saluator dicit: Bea-  
ti qui lugent quoniā ipsi cōsolabunt. Et psal-  
mista dicit. Qui seminat in lachrymis in exul-  
tatione metet. Insup pie lachryme terrā cor-  
dis irrigant et secūdant. Un⁹ Greg⁹. Irriguū  
suplus accipit aia: cū se lachrymis regni cele-  
stis desiderio affligit. Item ardorē cōcupiscē-  
tiarū sedant. Un⁹ Idē Greg⁹. Flammā sug-  
gestionū diaboli cit⁹ extinguit vnda lachry-  
marū. Itē omnē spūalem infirmitatez sanāt.  
Un⁹ in Job de deo dicit: Herentes erigit so-  
spitate. Itē animā mundant et sponsā regis  
celi ſparant. Un⁹ Cassiodorus. Fletus est la-  
vaciū culpaz: absolutio peccator⁹. Itē oculū

## Decimus

## Ixxi.

cordis clarificat. Un⁹ Gregor⁹. Dēs lachry-  
mis baptizata: in contemplatione videt lympi-  
dius. Item mētis serenitatē et trāquillitatem  
caſtant. Un⁹ Chryſo. Sicut post vehemētes  
im̄bres mūdus aer et purus efficit: ita etiam  
post lachrymarū pluuias serenitas mētis se-  
quitur atqz tranquillitas. Itē mentē eleuant.  
Un⁹ in psalmo. Ascēſiones in corde suo dispo-  
nit in valle lachrymar⁹. Itē mentē inebriant.  
Un⁹ Bernar. Illas lachrymas vere in vīnū  
mutare dñm dixerim: que fraterne cōpassio-  
nis affectu in feruore p̄deut caritatis: p̄ qua  
etia ad horā tuūpſius immemor sobria qua-  
dā ebrietate videris. Item holocausta īpīn-  
guāt. Un⁹ Greg⁹. Holocaustū aridū est bonū  
opus: qđ orationis lachryme nō īpinguāt.  
Holocaustū pingue est hoc bonū opus quod  
cū agitur etia lachrymis īpinguatur. Item  
hoc qđ homo vult a deo īpetrabit. Unde  
Chrysostomus. Nemo aliqui flens ad deū ac-  
